

†

BOLETIN ECLESIASTICO

DEL

OBISPADO DE SALAMANCA.

Esta publicación oficial, que solo se hace para las Iglesias y Párrocos de la Diócesis, saldrá dos veces al mes en los días que el Prelado dispusiere. Las reclamaciones se dirigirán á la Secretaria de Cámara del Obispado.

MINISTERIO DE GRACIA Y JUSTICIA.

En todos tiempos ha sido objeto de especial solitud para la Iglesia y el Estado, en la respectiva esfera de su potestad, cuanto se refiere á la sepultura religiosa de los que mueren en la comunión católica. La Iglesia ha consagrado á tan importante acto un rito determinado y propio, en el cual, á la vez que se dirigen fervientes preces al Dios de las misericordias por las almas de los finados, se recuerda á los vivos lo fugaz y precario de su existencia sobre la tierra, y se les amonesta á prepararse para el tremendo juicio á que se hallan sometidos. La religion católica, que no abandona á sus hijos, ni aun despues de su agonía, acoge sus restos mortales para los mas piadosos fines, depositándolos en lugar consagrado y bendito de antemano, y todas estas circunstancias constituyen al enterramiento en un acto eminentemente religioso y esencialmente eclesiástico.

Notase, sin embargo, que de algunos años á esta

parte se ha introducido , señaladamente en Madrid y otras grandes poblaciones , la irregular costumbre de que , al verificar los entierros , las personas que prestan el último obsequio á los difuntos pronuncien discursos , y lean ó reciten composiciones poéticas en alabanza de los mismos á vista de sus restos mortales , interrumpiendo para ello los ritos y ceremonias de la Iglesia , cuyos ministros , con mengua de su dignidad y en menoscabo de las sagradas funciones que ejercen , se ven obligados á presenciarse lo que á todas luces es un abuso indisculpable.

Esta novedad , importada de países cuyas circunstancias religiosas son absolutamente diferentes de las nuestras , dan un carácter profano y aun gentilicio á uno de los oficios mas piadosos y sublimes de la Santa Religion de Jesucristo ; y el Gobierno , protector y custodio de su pública observancia , no puede consentir por mas tiempo una práctica tan irregular y peligrosa. Aun cuando quisiera prescindirse de la notoria profanacion que envuelve , no podria menos de verse en ella un medio de frustrar las prudentes y previsoras disposiciones de la Iglesia respecto del importante punto de las oraciones fúnebres , que no pueden pronunciarse , aun en el tiempo y lugar designados , sin conocimiento y licencia expresa de los diocesanos.

Por estas graves consideraciones , y á fin de evitar otros abusos contra el orden público de consecuencias mas trascendentales , si cabe , y que podrian poner al clero y á la autoridad eclesiástica en conflictos que deben precaverse , la Reina (q. D. g.) , oido el Consejo Real , y de conformidad con su dictámen , se ha dignado prevenirme ruego y encargo á V... como de su Real orden lo ejecuto , que adopte las disposiciones convenientes á fin de que en los cementerios

comprendidos en el término de esa Diócesis, al hacerse los entierros se digan solo las preces y oraciones piadosamente establecidas por la Iglesia, y se evite con el mayor celo que se pronuncien y lean discursos ó composiciones poéticas, se hagan demostraciones de ningun género contrarias á la disciplina eclesiástica, ó se ejecute acto alguno de carácter profano, ajeno del respeto que se debe á los lugares consagrados por la Religión Católica, impetrando para ello, en caso necesario, el cumplido y eficaz apoyo de las autoridades civiles, á las cuales será trascrito este Real precepto por el Ministerio de la Gobernacion al enunciado efecto.

Dios guarde á V... muchos años. Madrid 22 de Abril de 1857.—Manuel de Seijas Lozano.—Señor Obispo de....

SECRETARÍA DE CÁMARA.

Circular número 51.

El Sr. Gobernador de esta provincia, con fecha 11 del presente, dice á S. E. I. el Obispo mi Sr. lo siguiente:

«Excmo Sr.: A fin de obtener datos bastantes de comprobacion para cuando sea necesario examinar los trabajos ejecutados sobre el censo general de poblacion, que está mandado hacer por Real decreto de 14 de Marzo último, he de merecer de la atencion de V. E. I. que se sirva excitar el celo de los Señores Curas Párrocos de los pueblos de esta Provincia inclusa la Capital, para que á la posible brevedad me faciliten copia de la última matricula parroquial que hayan formado, encargándoles que en obsequio del

mejor desempeño del servicio me la remitan directamente.»

En su vista S. E. I. se ha servido acordar que todos los Párrocos y Eónomos remitan directamente á dicho Sr. Gobernador una copia del último padron parroquial, que conserven en el archivo de su respectiva Iglesia. Y para el puntual cumplimiento de este acuerdo lo digo á V. de orden del mismo Sr. Salamanca y Mayo 16 de 1857.—*Dr. D. Marcial de Avila*, Canónigo Secretario.—Sr. Cura de...

CONVENTIO

Inter Sanctissimum Dominum Pium IX, Summum Pontificem, et Majestatem Suam Elisabeth II, Hispaniarum Reginam Catholicam.

(CONTINUATIO.)

Art. 5. Attentis gravibus causis, quæ id pro spiritali bono et majori fidelium commodo necessarium et conveniens esse suadent, nova fiet in universa Peninsula et Insulis adjacentibus Diœcesium divisio ac circumscriptio. Atque ideo:

Metropolitanæ, quæ nunc sunt, Sedes Burgensis, Cæsaraugustana, Compostellana, Granatensis, Hispalensis, Tarraconensis, Toletana et Valentina conservabuntur, et ad hunc ipsum gradum Cathedralis Vallisolitana evebetur.

Ita pariter conservabuntur Episcopales Ecclesiæ Abulensis, Almeriënsis, Asturicensis, Auriensis, Barcinonensis, Calaguritana, Canariensis, Carthaginiensis, Cauriensis, Conchensis, Cordubensis, Der-

thusensis, Gaditana, Gerundensis, Gienensis, Guadicensis, Jacensis, Illerdensis, Legionensis, Lucensis, Majoricensis, Malacitana, Mindoniensis, Minoricensis, Oriolensis, Oscensis, Ovetensis, Oxomiensis, Pacensis, Palentina, Pampilonensis, Placentina, Salmanticensis, Santanderiensis, Segobricensis, Segoviensis, Seguntina, Terulensis, Tirasonensis, Tudensis, Urgellensis, Vicensis, et Zamorensis.

Diœcesis Albarracinensis unietur Terulensi, Barbastrensis Oscensi, Civitatensis Salmanticensi, Celsonensis Vicensi, Ibusensis Majoricensi, Nivariensis (Tenerife) Canariensi, Septensis Gaditanæ, et Tudelelensis Pampilonensi.

Earum Episcopi Diœcesium, quibus altera adjugetur, hujus etiam titulum gerent una cum proprio Ecclesiæ, quam regunt.

Novæ erigentur Ecclesiæ Cathedralis, Cluniæ (Ciudad-Real), Matriti, et Victoriæ.

Episcopalis Sedes Calaguritana, et Calceatensis transferetur Lucronium, Oriolensis Alonium, et Segobricensis Castilionem, ubi primum in his Civitatibus omnia ad rem parata sint, et Episcopis, ac Capitulis, quorum interest, consultis, opportunum existimetur.

Quod si accuratior alicujus Diœcesis administratio Episcopum Auxiliarem exposeat, hujusmodi necessitati consueta forma canonica occurratur.

Similiter, auditis Episcopis, constituentur Vicarii generales pro iis locis, in quibus ob prædispositam hoc articulo Diœcesium conjunctionem, vel aliam justam causam, necessarii videantur.

Septæ autem, et Nivariæ Episcopi Auxiliares statim constituentur.

Art. 6. Prædictarum Diœcesium distributio, quod ad cujusque subjectionem suis Metropolitanis attinet, erit quæ sequitur:

Assignabuntur in Suffraganeas Metropolitanæ Burgenſi; Eccleſiæ Calaguritana ſeu Lucronienſis, Legionenſis, Oxomiſis, Palentina, Santanderienſis, et Victoriſis.

Compoſtellanæ; Auriſis, Lucenſis, Mindoniſis, Ovetenſis, et Tudenſis.

Cæſaraugustanæ; Jacenſis, Oſcenſis, Pampilonenſis, Terulenſis, et Tirasonenſis.

Granatenſi; Almerienſis, Carthaginiſis ſeu Murciſis, Gienſis, Guadicenſis, et Malacitana.

Hiſpalenſi; Canariſis, Cordubenſis, Gaditana, et Pacenſis.

Tarraconenſi; Barcinonenſis, Gerundenſis, Illerdenſis, Derthusenſis, Urgellenſis, et Vicenſis.

Toletanæ; Caurienſis, Cluniſis, Conchenſis, Matritenſis, Placentina, et Seguntina.

Valentinæ; Majoricenſis, Minoricenſis, Oriolenſis ſeu Aloniſis, et Segobricenſis ſeu Caſtilionenſis.

Vallisolitana; Abulenſis, Aſturicenſis, Salmanticanſis, Segoviſis, et Zamorenſis.

Art. 7. Novi fines, et peculiaris earundem Diœceſium circumſcriptio, quo citius fieri poſſit, ac ſervatis ſervandis, per Apoſtolicam Sedem ſtatuentur: quam ob rem Summus Pontifex ſuo, et ejuſdem Sedis apud Maieſtatem Catholicam Nuncio neceſſarias facultates delegabit ad opus, collatis cum Regio Gubernio conſiliis, perſiciendum.

Art. 8. Singuli Epifcopi, et quibus præſunt Eccleſiæ, canonicam ſuis Metropolitanis ſubjectionem præ ſe ferent; ac proinde privilegium exemptionis, quo Epifcopatus Legionenſis et Ovetenſis pridem gaudebant, ceſſabit.

Art. 9. Cum ex una parte neceſſitas urgeat opportune medendi gravibus incommodis, quæ in eccleſiaſtici regiminis detrimentum oriuntur ex diſperſione

territorii ad quatuor Militias Sancti Jacobi, Alcantaræ, Calatravæ, et Montesie hactenus pertinentis, ex altera vero deceat religiose servare et memoriam Instituti tantopere de Ecclesia, ac re publica meriti, et prærogativas Catholicorum Regum utpote Magnum ipsorum Militarium Ordinum Magisterium ex Apostolica concessione obtinentium, in nova Diœcesium circumscriptione definitus quidam assignabitur locorum numerus infra certum radium, seu circulum consistentium, *que formen coto redondo*, ut ibi Magnus prædictarum Militiarum Magister Ecclesiasticam jurisdictionem exercere pergat, ad omnimodam eorum normam, quæ in memorata concessione, aliisque Pontificiis Constitutionibus præscribuntur.

Novum hoc territorium Militarium Ordinum Prioratus nuncupabitur, et Prior characterè Episcopali titulo Ecclesiæ *in partibus* insignitus erit.

Loca omnia, quæ nunc exemptæ eorundem Ordinum jurisdictioni subjacent, quæque territorio illis, ut dictum est, assignando minime comprehendantur, suis seu proximis Diœcesibus aggregabuntur.

Art. 10. Archiepiscopi et Episcopi ordinariæ suæ auctoritatis et jurisdictionis usum ad universum proferent territorium, quod uniuscujusque Diœcesis finibus juxta novam circumscriptionem contineatur: ac propterea, qui eum usque in præsens, ad regiones aliena Diœcesi conclusas quovis titulo protulerint, ab hujusmodi exercitio cessabunt.

Art. 11. Omnes etiam jurisdictiones privilegiatæ et exemptæ, cujuscumque speciei sint, et quomodo-cumque nuncupentur, penitus cessabunt, ea non exclusa quæ ad Sancti Joannis Hierosolymitani Ordinem spectat. Subdita autem nunc iisdem jurisdictionibus territoria, propriis, seu finitimis Diœcesibus adjungentur in nova harum circumscriptione, prout articulo

septimo statutum est, perficienda; salvis tamen ac in suo robore mansuris, quæ competunt:

1. Pro-Capellano Majori Catholicæ Majestatis Suæ.
 2. Vicario generali castrensi.
 3. Quatuor Militiis Sancti Jacobi, Calatravæ, Alcantaræ, et Montesiæ, ad sensum eorum quæ nono hujusce Conventionis articulo prædisposita sunt.
 4. Prælati regularibus.
 5. Nuncio Apostolico pro tempore, circa Ecclesiam et Xenodochium Italarum in hac ipsa urbe erectum.
- Vigebunt item speciales facultates, quæ Commissario Generali Cruciatæ in rebus officium suum respicientibus, juxta delegationis litteras, aliasque Apostolicas concessionones respondent.

Art. 12. Suppressa declaratur Collectoria generalis quæ à spoliis, vacantibus et annatis audit, concedito interim Commissariæ Cruciatæ munere vacantiæ administrandi, insoluta exigendi, et pendentia negotia ordinandi et conficiendi.

Pari modo supprimitur Apostolicum ac Regium Tribunal gratiæ vulgo *del Excusado*.

13. Unumquodque Cathedralium Ecclesiarum Capitulum constabit Decano, qui semper primam sedem post Pontificalem obtinebit; quatuor Dignitatibus, nempe Archipresbyteri, Archidiaconi, Cantoris et Scholæ Præfecti, nec non altera Thesaurarii in Metropolitanis; insuper quatuor Canonicis, qui de *oficio* nuncupantur, scilicet Magistrali, Doctorali, Lectorali, ac Pœnitentiario; ac demum eo numero Canonicorum vulgo *de gracia*, quem articulus decimus septimus præfiniet.

Præterea Toletana Ecclesia duas alias habebit Dignitates titulo Cappellani Majoris Regum, et Cappellani Majoris Mozarabum; Hispalensis aliam Cappellani Majoris Sancti Ferdinandi, Granatensis aliam Cappellani

Majoris Regum Catholicorum, et Ovetensis aliam titulo Abbatis Sanctuarii in Ausenii Montis spelunca positi *de Covadonga*.

Singuli Capitulares æquali voce, et voto in posterum gaudebunt.

Art. 14. Archiepiscoporum et Episcoporum erit convocare Capitulum, eique præesse quoties id expedire censuerint; itemque præesse experimentis, seu concursibus pro iis Præbendis, quæ hac servata forma conferuntur. In his, ac cæteris quibuscumque actibus, erit semper eisdem Præsulibus prima Sedes, quin privilegium, aut contrarius usus ullimode obstant; atque ea cum illis honoris, et obsequii ratio servabitur quæ sacræ ipsorum dignitati et principatui Ecclesiæ ac Capituli, quem gerunt, debetur.

Quotiescumque Capitulo præsent, vocem et votum in iis omnibus negotiis habebunt, quæ eorum personam directe non afficiant; ac præterea ubi Capitularium suffragia sint paria, Episcopi votum rem definit.

In qualibet personarum electione seu nominatione ad Capitulum spectante, prout Capitulares fuerint sexdecim, viginti aut supra, tria, quatuor, vel quinque vota habebit Episcopus. Quod si hic Capitulo minime adsit, aliqui de suo gremio deputati illum ad vota recipienda convenient.

Episcopo non præsidente, præerit Decanus.

Art. 15. Cum Cathedralia Capitula Archiepiscoporum et Episcoporum Senatam, Consiliumque constituent, requirentur ab his, vel de sententia, vel de consensu, quemadmodum pro varietate negotiorum et circumstantiarum canonicæ leges, ac speciatim Sacra Tridentina Synodus, decernunt. Quapropter cessabit illico omnis immunitas, exemptio, privilegium, usus, aut abusus, qui in ipsorum Capitulorum commodum, cum ordinariæ Præsulum auctoritatis

jactura, per Hispaniarum Ecclesias quacumque ratione invaluerit.

Art. 16. Præter Dignitates et Canonicos, ex quibus solummodo efformatur Capitulum, Ecclesiæ Cathedralis habebunt Beneficiatos, seu Cappellanos adsistentes, cum proportionali ministrorum et servientium numero.

Tum Dignitates et Canonicos, tum etiam Beneficiatos, seu Cappellanos singulos, licet ii pro meliori Cathedralium servitio in presbyteros, diaconos, ac subdiaconos distribuantur, sacerdotio insignitos esse debere Sanctitas Sua decernit; quique in possessione suorum beneficiorum adipiscenda hoc Ordine caruerint, infra annum ipso initiari sub pœnis canonicis debebunt.

Art. 17. Capitularium et Beneficiatorum numerus in Ecclesiis Metropolitanis erit ut sequitur:

Ecclesiæ Toletana, Hispalensis, et Cæsaraugustana viginti et octo Capitulares habebunt; et quod ad Beneficiatos, Toletana viginti quatuor, Hispalensis viginti duos, ac Cæsaraugustana viginti et octo; Tarraconensis, Valentina, et Compostellana viginti sex Capitulares, ac viginti Beneficiatos: Burgensis, Granatensis, et Vallisolitana viginti quatuor Capitulares, ac viginti Beneficiatos.

In singulis vero suffraganeis Capitularium et Beneficiatorum numerus erit qui subjicitur:

In Barcinonensi, Cordubensi, Gaditana, Legionensi, Malacitana, et Ovetensi viginti Capitulares et sexdecim Beneficiati. In Pacensi, Calaguritana, Carthaginensi, Conchensi, Gienensi, Lucensi, Palentina, Pampilonensi, Salmanticensi, et Santanderiensi decem et octo Capitulares, ac quatuordecim Beneficiati. In Almeriensi, Asturicensi, Abulensi, Canariensi, Cluniesi, Cauriensi, Guadicensi, Gerundensi, Oscensi, Jacensi, Illerdensi, Majoricensi, Mindonien-

si, Auriensi, Oriolensi, Oxomiensi, Placentina, Segobricensi, Segoviensi, Seguntina, Tirasonensi, Terulensi, Derthusensi, Tudensi, Urgellensi, Vicensi, Victoriensi, et Zamorensi decem et sex Capitulares, et duodecim Beneficiati.

In Ecclesia Matritensi erunt viginti Capitulares, et viginti Beneficiati; in Minoricensi duodecim Capitulares, et decem Beneficiati.

Art. 18. Loco duorum supra quinquaginta Beneficiorum, de quibus in tractatu anni 1753 expressa fimentio, liberæ Romani Pontificis dispositioni resertvantur Cantoris Dignitas in singulis Metropolitanis, itemque in Cathedralibus Asturicensi, Abulensi, Pacensi, Barcinonensi, Gaditana, Cluniensi, Conchensi, Guadicensi, Oscensi, Gienensi, Lucensi, Malacitana, Mindoniensi, Ovetensi, Oriolensi, Palentina, Salmanticensi, Santanderiensi, Seguntina, Tudensi, Victoriensi; et Zamorensi, in reliquis autem omnibus Canonatus vulgo *de gracia*, qui prima Sanctitatis Suae collatione præligetur. Hujusmodi vero Beneficia ad formam prædicti tractatus conferentur.

Ad Dignitatem Decani in cunctis Ecclesiis, et quovis tempore ac modo vacet, Regia Majestas perpetuo nominabit. Canoniatuum *de officio* provisio ad Prælatos et Capitula, prævio concursu, pertinebit. Cæteris Dignitatibus ac Canoniatibus Majestas Sua, et Archiepiscopi atque Episcopi, stricte alternando providebunt. Beneficiati, seu Capellani adsistentes, vicissim per ipsam Majestatem Suam, et Prælatos ac Capitula nominabuntur.

Præbendarum, Canoniatuum et Beneficiorum eorundem nominatio, quoties ob possessoris dimissionem vacent, iis exceptis, quæ Summo Pontifici reservata sunt, ad Regiam Majestatem semper et quando-cumque spectabit.

Idem prorsus servabitur quoad ea, quæ vacant Sede Vacante, aut vacua supersint tempore mortis, translationis, vel resignationis Prælati cujus erat jus conferendi.

Regiæ Majestati Suae similiter competet prima nominatio ad Dignitates, Canonicatus, et Beneficia in Cathedralibus noviter erigendis, nec non ad illa, quæ in nova Vallisoli Metropolitana augebuntur; præter tamen Summo Pontifici reservata, et Canonicatus *de officio*, quibus consueta forma providebitur.

Singuli porro ad prædicta Beneficia nominati institutionem, et collationem canonicam a propriis Ordinariis semper, et omnino consequi teneantur.

Art. 19. Gravi attenda circumstantiarum immutatione, cui ob præteritas rerum publicarum vicissitudines, atque hujus etiam Conventionis occasione, Hispanus Clerus obnoxius est, Summus Pontifex et Regia Majestas, pro sua quisque parte, consentiant nullam Dignitatem, Canonicatum, aut Beneficium, quod personalis residentiae onus adjunctum habeat, iis fore conferendum, qui cujuscumque muneris aut officii causa alibi teneantur assidue residere; nec contra, ullum ex hujusmodi muneribus aut officiis, his demandandum, qui aliquod ex prædictis Beneficiis possideant; ni forte unum vel alterum dimittant: quæ proinde officia et Beneficia deinceps incompatibilia prorsus erunt.

Nilominus sex Cathedralium Peninsulæ Præbendatis locus esse poterit inter eos, qui Regio Sacello Cappellani munere adicti sunt: nunquam tamen primam sedem obtinentes, Canonicos *de officio*, cura animarum adstrictos, nec duos simul ex una eademque Ecclesia nominare fas erit.

Quod ad eos, qui ad præsens vi cujuslibet generalis sive specialis indulti duo vel plura ex memoratis Be-

neficiis aut officiis possident, opportuna statim consilia capientur, ut ipsorum etiam conditio juxta Ecclesiae necessitates, et cassum varietatem, iis acommodetur de quibus hoc articulo conventum est.

(Prosequetur.)

DEPOSITARIA CENTRAL

de los fondos para la reparacion de la Iglesia y traslacion de la Imágen de Nuestra Señora de la Peña de Francia.

	Rs. vn.
Suma anterior.	4520
D. José Campo, 20 rs. y un juego de Sacras para la Iglesia.	20
D. José Rivas (Santa Marta).	5
D. Agustin Turra, (Ecónomo de Calbarrasa).	200
Doña Anastasia Costa.	40
D. Ramon Iglesias.	38
El infrascripto Depositario.	40
Su Esposa, Doña Agueda Gonzalez.	40
	<hr/>
	1673

Salamanca 16 de Mayo de 1857.—Joaquin Yañez.

El Viernes 22 del mes actual saldrá S. E. I. de esta Ciudad para continuar la Santa Pastoral Visita de su Diócesis; segun el itinerario formado ha de durar la salida catorce dias, en los cuales visitará las Iglesias y pueblos que á continuacion se espresan, administrando al propio tiempo el Sacramento de la Confirmacion.

- 22 Encinas de abajo.
- 23 y 24 Peñarandilla y Garcihernandez.
- 25 Aldeaseca de Alba y Navales.
- 26 Ejeme y Anaya de Alba.
- 27 Galinduste.
- 28 Pelayos y Tala.
- 29, 30 y 31 Horcajo medianero, Chagarcia, Santuario de nuestra Señora de Valdegimena y Valverde de Gonzalíañez.
- 1.º de Junio, La Rodrigo.
- 2 Valdecarros y Pedraza.
- 3 Gajates y Pedrosillo de Alba.
- 4 Terradillos y regreso á Salamanca.

AVISOS.

1.º A la espedicioneria de preces de esta Diócesis han llegado concedidas las dispensas matrimoniales que fueron impetradas en Noviembre último, y cuyos oradores corresponden á los pueblos siguientes:

Palacios del Arzobispo.	Gajates.
Villalba de los Llanos.	Ciperez.
Miranda del Castañar.	Mogarráz.
San Estéban de la Sierra.	Cepeda.
Garcibuey.	Valero.
Matilla.	

Los Párrocos respectivos darán conocimiento de aquellas á sus feligreses para que de este modo llegue á noticia de los interesados, y estos se presenten al espedicionero D. Matias Laporta, con el fin de practicar las diligencias necesarias para la ejecucion de la gracia.

2.º Estan despachadas las cuentas de fábrica que

á continuacion se espresan; los Párrocos respectivos cuidarán de que sean recojidas sin demora.

Pizarral.	Guadramiro.
Pitiegua.	Ventosa.
Encinasola.	Pelayos.
Canillas de abajo.	Castroverde.
Linares.	Cantalpino.
Orbada.	Cilleros el hondo.
Bóbeda.	Campo Ledesma.
Ciperez.	Valdecarros.
Carbajosa la Sagrada.	Vecinos.
Calbarrasa de arriba.	Villaflores.
Cepeda.	Pedrosillo de Alba.
Campo de Peñaranda.	Moriscos.
San Benito, Salamanca.	Yecla.
Santa Maria. . . . id.	Forfoleda.
Palacios del Arzobispo.	Zarapicos.
San Miguel de Ledesma.	Gajates.
Masueco.	Carrascal del Asno.
Ínigo.	Horcajo.
San Pedro de Rozados.	Siete Iglesias.

3.º El 16 de Junio próximo habrá Sala Sinodal para licencias. El Eclesiástico que haya de obtenerlas presentará con una solicitud en esta Secretaría hasta el 15, las que estuviere usando, y el día siguiente 16 á las 10 de la mañana concurrirá para ser examinado. Aquel á quien se concluyan las licencias despues del dicho dia 16, y antes de mediados de Julio, se presentará igualmente á exámen en la Sala del 16, pues de no verificarlo quedará sin ellas desde el dia en que espire la prórroga actual.

4.º Ha concluido el plazo señalado en la circular núm.º 49 para que los Párrocos ó encargados de las Iglesias de los Arciprestazgos de Armuña, Arapiles, Baños y Salamanca remitiesen las Aras y recogieran las nuevamente consagradas: todavia faltan en el de Armuña, Castellanos de Villiquera, en el de Baños, la Torre de Martin Pascual y Vecinos, y

en el de Salamanca, las Religiosas Dueñas, la Capilla de la Cruz, y la del Hospital, vulgo, de las Viejas, á cuyos Curas se les previene lo verifiquen sin mas demora.

Salamanca 18 de Mayo de 1857.—*Dr. Avila*, Canónigo Secretario.

CULTOS EN ESTA CIUDAD.

Dia 24, Dominica infraoctava de la Ascension. Como cuarto del mes la V. O. T. de S. Francisco hará en su Capilla los ejercicios de su instituto con Manifiesto.

Dia 1.º de Junio. Segundo día de Pentecostés. En la Catedral predicará por la mañana D. Carlos Coronado, Párroco de la Iglesia de S. Benito.

JUBILEO CIRCULAR DE LAS 40 HORAS,

en la 1.ª quincena de Junio.

Dias 2, 3 y 4. Parroquia de San Vicente de Valdecarros, costado por el Párroco y feligreses.

5, 6 y 7. Parroquia del Salvador de Gajates, por los feligreses.

8, 9 y 10. Parroquia de San Millan de Salamanca, por el Párroco y feligreses.

11, 12, 13 y 14. La Santa Basilica Catedral, por su Ilmo Cabildo.

15, 16 y 17. Parroquia de S. Pedro de Tejares, por el Párroco y feligreses.

IMPRESA DE D. TELESFORO OLIVA.